

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, D.Ioanni Bugenhagio, doctori theologiae, pastori ecclesie
Dei in oppido Viteberge, patri suo charissimo, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

nistris, ne quidem debita stipendiis soluit. Sed nō mi-
nus accusandi sunt magistratus, qui populum non
cogunt, ut soluat debitum. Tu tamen petito auxiliū
à tuis magistratibus. Circum spectes ipse etiam lo-
cum commodiorem: ac si ego nactus fuero aliquam
occafionem te iuuandi, libenter tibi opem feram. Tu-
stissimum enim officium est, & maxime necessariū,
pios Euangelij ministros diligere, iuuare & tueri:
sicut Paulus iubet excellenter eos diligi. Bene uale:
Die 13 Februarij.

Reuerendo uiro, D. Ioanni Bugenhagio,
doctōri Theologiæ, Pastori Ecclesię Dei
in oppido Vitebergę, patri suo cha-
rissimo, S. D.

III, 101.

Reuerende domine Pastor. Etsi in tanta sollicitu-
dine uestra de periculis publicis non libenter one-
ro uos negocijs: tamen causa uiduę Martini ceco-
nomi, indiget uestro patrociniō. Erit felicior de-
fensio, si erga uiduas & orphanos erimus benefi-
ci. Scripsi de bobus ad quęstorem, & ad consulem.
Tantum hoc petimus, ut negocium illis commēde-
tis. Rem petit iustam, ut aut emanent ibi boues, aut
conce datur ut ipsa abducat eos. Bene & fe-
liciter ualete: Die 22 No-
uembriis.

Clarif-